

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. IX. TIT. IV. De Noxalibus Actionibus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

OBJ. *d. l. 5. §. 5. h.* ubi de tota actione de effusis & dejectis dicitur quod illa sit perpetua.

RESP. Ibi actio hæc opponitur populari, quæ datur in 50. aureos, & hujus intuitu illa vocatur perpetua, scil. quoad simplum; hæc vero annua.

Qv. IV. *An poena 50. aureorum cedat actori?*

AFFIRM. Quia tribuitur ei cujus interest *l. 5. §. 5. h.* Dissentit *Wesemb. apud Müll. ad Struv. h. §. 31. lit. γ.* qui pœnam dividi ait inter fiscum & actorem: Vide omnino supra *l. 2. tit. 1. q. 28.*

Qv. V. *An hodieque hæc actiones obtineant?*

AFFIRM. At ratione pœnæ aliquid mutatum est. Ita enim (1) actio de effusis atque dejectis hodie tantum datur ad simplum, & sic ad rei restitutionem, quia pœnæ privatæ cessant. *Stryk. U. M. h. §. 2.* (2) Si liber homo perierit, pœna 50. aureorum ex eadem ratione hodie actori non tribuitur. *Stryk. d. l. §. 3.* at magistratus eoque pœnam irrogare potest. *Brunn. ad l. 1. pr. h. Conf. Vinn. §. 1. in f. h. Struv. §. 41. h.* (3) Eadem ratio est in actione de suspenso &posito. *Stryk. d. l. §. f.*

An hac actione quoque veniunt alimenta liberorum, neglectæ operæ, cicatrices &c?

NEG. Sed idem obtinet, quod in titulo præcedenti dictum est. Vid. *Müll. ad Struv. h. §. 31. lit. γ. Stryk. h. §. 3. 4. & 5.*

LIB. IX. TIT. IV.

DB

NOXALIBUS ACTIONIBUS.

Qv. I. *An noxalis actio etiam contra bonæ fidei possessorem datur?*

AFFIRM. Quia & ille pro domino possidet. *L. 48. pr. A. R. D.* adeoque & noxæ dare potest, & debet: vid. *l. 22. §. 1. l. 28. ff. h. l. 11. l. 13. h. Conf. Struv. h. §. 43. ibique Müll. & Dd. Treutl. h. §. 12. lit. b. ibique Dd.*

OBST. (1) *L. 1. §. 1. serv. corr.* ubi actio servi corrupti non datur contra bonæ fidei possessorem.

Aa aa 3

RESP.



RESP. Quia ea tantum datur contra corruptentem servum alienum, adeoque ob delictum.

OBJ. (2) *L. 27. §. f. h. l. 27. §. 3. ad L. Aquil.* ubi bonæ fidei possessor non potest noxæ dedere, quia dominium transferre non potest.

RESP. Textus illi non loquuntur de bonæ fidei possessore, qui justo dominii titulo rem a non domino accepit, & qui pro domino habetur; *d. l. 48. pr.* sed de eo, qui servum jure pignoris, vel jure usufructus tenet, hic enim non tenet opinione domini, indeque nec in actorem dominium transferre potest, quod ipse non habet. *d. l. 27. §. 1. d. l. 22. §. 1. h.*

OBJ. (3) *L. 27. §. 3. ad L. Aquil.* ubi bonæ fidei possessor servi non tenetur noxali actione.

RESP. Loquitur non de bonæ fidei possessore servi, sed ejus, qui statu liber est, & bona fide servit: quia dominium in personam, quæ revera libera est, non habet: Uti id de statu libero plenius explicatur in *l. 27. §. 1. h. t.*

Qv. II. *An hodie hujus actionis sit usus in famulis vel liberis?*

Laut. pag. 148. verb. Hodie horum nul- lus usus etc. NEG. Non in FAMULIS, quia hæc actio noxalis nititur dominio, adeoque ex jure in re, quod in servos habemus, oritur; quæ tota ratio cessat in famulis, qui liberrimæ sunt personæ, quas proinde noxæ dedere nemo potest. *Laut. hic. ibique Dd.* Indeque, si famulus delinquit, ipse ideo puniri potest, pœnaque suos tenet auctores. Vid. *Carpz. p. 4. c. 43. def. 6.* ibique præjudicia. Tenetur tamen aliquando dominus in solidum. Ut si (1) male elegit, ex toto titulo Naut. caup. &c. (2) Si famulus in actibus sibi commissis & intra fines mandati peccavit, uti si culpa coqui in coquina, vel culpa stabularii in stabulo incendium ortum sit, dominus inde quoque tenetur. Vide supra *lib. 4. tit. 9. q. 8. Carpz. d. c. 43. def. 7.* ubi præjudicium affert. *Phil. d. l. n. 9. & 10. Struv. §. 47. h. Stryk. U. M. h. §. 5.* Vid. tam. *Laut. infr. tit. locat.* (3) Dominus tenetur semper ad quantitatem mercedis, quam famulo debet; *Carpz. dicit. def. 7. n. 8.* si scilicet autoritate judicis id ei injungatur. Vid. *Brumm. l. 34. h.* unde per modum arresti hic proceditur: *Stryk. U. M. h. §. 4. Conf. Phil. Us. pr. Inst. l. 4. Ecl. 62. n. 6. seq. Schilt. ad ff. h. t. th. 80. Müll. ad Struv. h. th. 47. lit. α. seq. Struv. d. l.*

Ne-



Nedum ex LIBERORUM delictis noxalis actio locum habet contra parentes: quia pater pro filio teneri non potest, *Müll. d. l. lit. 7.* nec peculiotenus, quia tantum ex contractu eorum hactenus tenentur parentes. *tot. tit. de pecul. Mantic. dec. Pal. 80.* Neque ad legitimam pro filio delinquente solvendam, pater obligatur, quia legitima non est vivente patre. *Müller. d. l. a.* Potest tamen statuto vel praxi aliud introduci, & pater ex urgenti causa cogi ut pro filio delinquente solvat. *Müll. d. l. quicquid contradicat Carpz. p. 3. c. 12. def. 10. in f. Moller. 3. sem. 6.* Atque hinc in foro communiter receptum est, ut parentes filiorum suorum spurios in subsidium alere teneantur. *L. 5. §. 2. & 9. ff. Agn. lib. ibique Brunn. Carpz. jurispr. Conf. l. 2. t. 14. def. 243. it. p. 2. c. 10. def. 20. Surd. de alim. t. 1. quæst. 12. de quo plenius in Decif. Cur. Halberst. cent. 1. Dec. 50.*

NOT. Actio de passu hodieque noxalis est, ita ut reus vel damnnum restituere vel noxæ dedere debeat. *B. Par. in Hyp. Inst. l. 4. t. 8. §. 3. ibique allegatus Schult. lit. a.*

Qv. III. *An in noxali actione obligatio sit alternativa?*

NEG. Sed actor agit ad noxæ dedendum. vid. *supr. l. 2. tit. 13. Laut. pag. q. 7. & 8.* At præstatio domini est alternativa, quia vel litis æstimationem solvit, vel noxæ dat, utrum elegerit. *Conf. sup. tit. 1. q. 5.*

148. verb. vel litis aestimationem solvit vel etc.

LIB. X. TIT. I.

FINIUM REGUNDORUM.

Qv. I. *An dentur actiones mixtæ?*

AFFIRM. Nam ita petitione n hæreditatis mixtam esse partim ex jure in re, partim ex jure ad rem, patet ex iis quæ supra *ad tit. de Hæred. pet. qu. 2. dixi.* Idem quoque dicendum puto de actionibus hoc libro decimo relatis.

Laut. pag. 148. verb. partim mixtæ &c.

Nam (1) in his quoque duplex distinctissima est petitio; altera ad rei divisionem, altera, si cohæres vel condominus solus fructus percepit, ad eorum restitutionem, & impensarum præstationem: Illa realis est, & jurium in re causam plenosque effectus habet; Haec personalis, & personalium seu juris ad rem causam effectusque habet. Atque hinc (2) divisio rei diserte opponitur præstationibus

perfo-

